



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

Introductio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)



# PRIMA PARS MEDITATIONUM.

*De pertinentibus ad purgandam ani-  
mam à peccatis.*

Introductio ad hanc I. partem.



Meditatio, ut ait sanctus Bernardus, facit ad puritatem cordis: & quod S. Petrus inquit, *Fide purificans corda eorum*, tunc præcipuè contingit,

si mysteria fidei accurata consideratione expendantur: cùmque omnia juvent, potissimùm illa, quæ viæ purgatiuæ conveniunt. Hunc spectant triplicis generis actus.

*Act. 15.  
9.*

I. Humi-  
litas du-  
plex.

I. Cognitio sui, & contemptus, unde existit virtus humilitatis. Porrò hæc est duplex: una eorum qui nunquam animam lethali culpa fœdarunt; qui nihilominus humiliari debent ex consideratione sui nihili, quod ex se sunt, tam quoad naturam, quàm quoad gratiam, quò faciunt Meditationes 6. partis. Altera est eorum, qui aliquando se iniquarunt: isti autem humiliari debent suarum intuitu miseriarum, & his conveniunt Meditationes 1. partis.

II. Dis-  
posit. ju-  
stificat.

II. Genus actuum est illorum, qui ad justificationem disponunt, ut sunt timor divinæ justitiæ, spes misericordiæ, dolor de peccatis, confessio, satisfactio.

III.



III. Genus actuum, quibus remanentes ex III. Pas-  
peccato mali habitus, & inordinatæ passiones sic mor-  
mortificantur: nam æquum est, quod poscit A. tificatio-  
postolus: ut sicut exhibuistis membra vestra nis.  
servire injustitiæ ad iniquitatem: ita nunc exhi-  
bentis servire justitiæ in sanctificationem. Et si- Rom 6.  
cut portavimus imaginem Adæ terreni, ita por- 19.  
temus & celestis. Imò qui ferventiores sunt, 1. Cor.  
non debent esse contenti illa paritate, 15, 49.  
quam per indulgentiam permittit Apostolus, sed  
potius obaudire debent Prophetæ consulenti-  
ti: Sicut fuit sensus vester, ut erraretis à Barab.  
Deo: decies tantum iterum convertentes require- 4. 28.  
tis enim. Cæterum convenit etiam justos, qui  
longius progressi sunt in via spirituali, aliquando  
se referre ad meditationes purgativæ, siquidem  
monemur. De propitiato peccato noli esse sine Eccli 5.  
metu. Et. Ne verearis usque ad mortem justifi- 5. c. 18.  
cari: Et, Qui justus est, justificetur adhuc. 22. Apoc.  
22. 11.

## MEDITATIO PRIMA

ET

### FUNDAMENTUM RELI- QUARUM.

De ultimo Fine hominis.

PRÆLUDIUM I. Pro loci composi-  
tione, cogitabo Deum quasi mare immensum,  
ex quo manant veluti rivi creaturæ omnes, at-  
que ad eundem revertuntur.

PRÆLUDIUM II. Petam lumen cognoscen-  
di pe-